



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Processio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

346 , P R O C E S S I O .

Priuilegia indulta singularibus Monachis extenduntur etiam ad Generales , Prouinciales , & Abbat es , qui in fauorabilibus sunt verè Monachi & Religiosi , licet non in odiosis. art. 11.

Priuilegiis collatis iam professis, non gaudent Nouitij , nisi expresse id sonent , vt sunt indulgentiae & absolutiones. art. 12.

P R O C E S S I O .

Regulares , qui in strictiori clausura non viuunt, vocati ad Processiones publicas , ire tenentur , & ad id ab Episcopo compelli possunt. tom. 3. q. 36. art. 1.

Non tamen tenentur , nisi publicæ fint , & pro re graui , & nisi prius vocentur. *ibid.*

Neque si eorum Conuentus ultra vnum miliare distent à ciuitate, tenentur ire , quamuis ab Episcopo vocentur. ex priuilegio Leon. X. ar. 2.

Imò Iesuitæ ex priuilegio Greg. XIII. ratione studiorū exempti sunt ab obedientia circa Processiones Episcopis præstanta. Et hoc idem priuilegium habent Collegia Fratrum Mendicantium , tam ratione

com

PR O C E S S I O . 347

communicationis , quām rationē concessionis Py V. ipsis facta , non autem alij Conuentus . *ibidem* .

Regulares si aliquando accedunt ad Processiones non vocati , aut ad non publicas , v. g. ad funeralia Principum , gratis id facere censendi sunt , nec ideo renunciant priuilegio . *art. 3.*

In Processione omnes Regulares præcedunt Clerici ; inter Clericos alios omnes antecunt Canonici Ecclesiæ Cathedralis ; deinde sequuntur Canonici aliarum Ecclesiarum ; Rectores Ecclesiarum simplicium , Curati , & postremò alij. Inter Religiosos , omnes præcedunt Canonici Regulares , deinde Benedictini , tertio alij Monachi secundum antiquitatem suæ fundationis ; postremò Mendicantes , inter quos præeunt Prædicatores , sequuntur , Minoritæ , ac deinde Eremitæ Sancti Augustini , & tandem Carmelitæ . Inter Regulares eiusdem Ordinis præcedūt dignitate maiores , deinde religione seniores . Abbates tamen omnes etiam Canonicos præcedūt ; Episcopus autem in suo territorio digno

348 PROCVRATOR.

digniorem semper locum obtinet.

Quæst. 37. art. 1.

Cotrouuersias ortas etiā inter Regulares in Processionibus, & publicis Conuentib. de præcedentia, potest & debet Episcopus cōpescere, omni appellatione postposita, & nō obstantibus quibuscumque. Ex Concil. Trid. sess. 25. de Reg. c. 15. art. 3.

Fratres Minores de Obseruantia ex declaratione Leon. X. debent in Processionibus præcedere omnes alios eiusdem Ordinis, etiam Conuentuales, & crucem suam in loco digniori deferre. art. 4.

Greg. XIII. statuit, vt secundūm antiquitatem fundationis Conventus in illa ciuitate, & non secundūm antiquitatem fundationis Ordinis, Mendicantes, & alij Religiosi in Processionibus incederent; quod tamen in Hispania, & multis aliis locis non est receptum. art. 4.

PROCVRATOR.

Vide Interdictum, Professio.

Institutio Procuratoris curiæ Romanae in Ordine Minorum, pertinet de iure ad solum Generale, cùm ille